



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Metropolitana Ecclesia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

rit sponsalia cum aliqua, & postea matrimonium cum altera, parochus non deberet adesse celebrationis secundi matrimonii, nisi prius declaretur per Episcopum, prima sponsalia esse dissoluta, Navar. *confi. 8. de sponsal.*

Vigesimoprimo, si matrimonium contrahatur coram parocho, & testibus, non adhibitis aliis solennitatibus, nempe tribus denuntiationibus & licentia Episcopi, tenet matrimonium, sed tam parochus ipse, quam testes possunt castigari. Navar. *confi. 3. de secund. nupt.*

## M A R I T U S.

**P**rimo, Maritus, qui ante matrimonium promiserat facere renunciare uxorem, non tenetur, posteaquam eam duxerit in dominum suam, Boet. *decisio. 3. nū. 16.* secus si hoc juraverat adimplere, quia obstareret exceptio juramenti, *capitulo 3. de pact. & capitulo secundo, de iure juran.* & Dyn. *in cap. non est obligatorium de reg. iur. libro 6.* Quid si pactum fuerit juramento vallatum, vel quid si filia jurasset patri de non petendo hereditatem, sed esse contentam dote, an teneatur servare dictum pactum, & quid de heredibus ipsius filiae jurantis, an teneatur stare dicto pacto, & juramento, ex vi pacti, an ex vi juramenti. Vide text. Glol-sam & Gemin. *in capit. quamvis. de pact. lib. 6.*

Secundo, si nullam habuerit dotem maritus, an, & quando teneatur alere uxorem durante litigio, vel extra dominum, si inde aufugerit causa saevitiae viri: & aliqua quamplurima de hac ma-

teria, vide Guid. Pap. *q. 4. 39.* & Innoc. *c. per vestras. de donat. inter vir. & ux. & ubi etiam tenet. quod nulla habita dote, maritus teneatur alere uxorem, Bal. in Marg. Innoc. in ver. *maritus. q. 1.* Navar. *in confi. 50. nū. 3.* videretur dicere, quod maritus cui fuit promissa dos, & non soluta, non tenetur ducere uxorem, donec ei illa solvatur, imo & acceptatam protest expellere, per c. *per vestras. de donat. inter vir. & uxor. & ibi Panor. num. 4.**

Tertio, an & quando uxor teneatur sequi vitum, vide Sylvest. *in ver. uxor.* & quando possit eam verberare, vide ibidem, & Navar. *capitulo decimoquarto. nū. decimonono, notab. 2. & 3.* quando maritus presumatur mortuus, uxore volente transire ad secunda vota, vide c. *in pres. n. tia. & ibi. Sciri bentes. de sponsal. c. cum per bellicam. 3. 4. quest. 1.* Tabien. *in ver. impedimentum. 10.* Navar. *c. 22. n. 55.* Isfer. *in n. fib. feud. in capitulo quo tempore milites. numer. 6.*

## METROPOLITANA E CLESIA.

**E**Cclesia Metropolitana non dicitur Cathedralis, vel Matrix, respectu totius provinciae, sed solum respectu lux diocesis, cuius respectu singulae dicuntur Cathedrales, Abb. *in Clem. 1. n. 8. de sent. excom.*

## MISSA.

## SUMMARIUM.

<sup>1</sup> *Ubi, quando, & de quo Sancto debet celebrari,*

<sup>2</sup> *Quae*

